



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Constitutiones Variorum Pontificum in præcedentibus Editionibus
desideratas, summoque studio hinc inde conquisitas complectens

Luxemburgi, 1741

5. Ex inuncto, &c. Archiepiscopatum Mechliniensem, Belgii Primatiam,
erigit anno 1560. eidem Episcopatus suffraganeos assignat
Antverpiensem, Gandaversem, Buscoducensem, Brugensem, Yprensem, &

...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74514](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74514)

Non obstantibus voluntate priori, & aliis præmissis, & nostris de valore tam in eisdem unionibus, quam impetrationibus, & aliis gratiis, etiam motu simili factis exprimendo, nec non Lateranensis Concilii novissimè celebrati, uniones perpetuas, nisi in casibus à Jure permittis, fieri prohibentis, ac recolendæ memoriæ Bonifacii Papæ Octavi etiam Prædecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus, non tamen tribus diebus, aliisque Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, etiam reservatoriis, etiam in corpore Juris clausis.

Nec non aliis dictæ Cancellariæ Apostolicæ Regulis, etiam revocatoriis, & revocatariorum innovatoriis, ac in favorem Ordinariorum, & aliàs in contrarium quomodolibet editis, & edendis, nec non Monasteriorum, & Ordinum, ac Ecclesiarum, & Collegiorum, ac Locorum, & Hospitalium prædictorum, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis facultate alia roboratis Statutis, & consuetudinibus, stabilimentis, usibus, & naturis.

Nec non quibuscumque specialibus, vel generalibus, etiam mensalibus reservationibus, expectativis, & aliis gratiis, etiam in Canonicos creationibus, aliis unionibus, etiam perpetuis absque consensu Coadjutorum, deputationibus, nominationibus circa accessus, & regressus facultatibus, mandatis, litteris, & concessionibus, quibuscumque personis, cujuscumque dignitatis, status, gradus, & conditionis existentibus, & Cardinalatus honore fulgentibus, ac nostris etiam antiquis, & descriptis familiaribus, continuis commensalibus, ac Prælatiis domesticis, nec non Romanæ Curie Officialibus, etiam Officia sua actu exercentibus, ex quavis, etiam grandi causa, consideratione, intuitu, vel respectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, ac cum quibusvis antelationibus, prærogativis, & decretis, etiam irritantibus, & aliis clausulis, etiam derogatoriis derogatoriis, etiam præsentibus derogantibus, etiam motu proprio, & scientia similibus, & aliàs quomodocumque concessis.

Quas, & quæ illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, præsentibus pro sufficienter expressis habentes, eorumque omnium vim, & effectum, quoad præmissa omnia omninò suspendimus, ac in præmissis effectum fortiri, aut locum sibi vindicare non posse, neque debere decernimus, nec non privilegii, Indultis, & litteris Apostolicis eisdem Ecclesiis, Monasteriis, Hospitalibus, & illorum Magistris, Fratres, & Militibus, nec non Capitulis, Conventibus, Superioribus, & aliis quibusvis per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores nostros, ac Nos, & Sedem prædictam, etiam per viam Generalis Legis, ac statuti perpetui, nec non initi, & stipulati contractus seu quasi, & aliàs sub quibuscumque tenoribus, & formis, ac quibuscumque, etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam præmissorum, & quorumcumque aliorum, seu etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, nec non consistorialiter, ac aliàs quomodocumque, qualitercumque, & quotiescumque concessis, confirmatis, & etiam irritatis vicibus innovatis, & concedendis, & innovandis.

Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specifica, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per Clausulas generales idem importantes, mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso, & formâ in illis traditâ observatâ, inserti forent, præ-

sentibus pro sufficienter expressis habentes, quamvis talia sint, quæ sub clausula implicitæ derogationis latissimè extendenda, in supplicatione apposta non intelligantur, aut aliàs comprehendantur, nihilominus in genere, & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum, illis aliàs in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter, & expressè derogamus contrariis quibuscumque.

Aut si aliqui Apostolicâ præfatâ, vel aliâ quavis auctoritate in dictis Ecclesiis, in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insistant, seu si super provisionibus, seu commendis sibi faciendis, de Canonicatibus, & Præbendis ipsarum Ecclesiarum, ac Præceptoris hujusmodi speciales, vel aliis Beneficiis Ecclesiasticis, in illis partibus generales dictæ Sedis vel Legatorum ejus litteras impetraverint, etiam si per eas ad inhibitionem, reservationem, & decretum, vel aliàs quomodolibet fit processum, quas quidem litteras, & processus habitos per easdem, ac inde sequuta quaecumque ad Canonicatus, & Præbendas, ac Præceptorias hujusmodi volumus non extendi; sed nullum per hoc eis quoad assequutionem Canonicatum, & Præbendarum, vel Præceptoriarum, aut Beneficiorum aliorum præjudicium generari, & quibuslibet aliis Privilegiis, Indultis, & Litteris Apostolicis generalibus, vel specialibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ, præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumcumque tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergò omninò hominum liceat hanc paginam nostræ concessionis, assignationis, separationis, divisionis, dismembrationis, applicationis, appropriationis, unionis, annexionis, incorporationis, decreti, mandati, suspensionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire.

Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ, apud S. Petrum, Anno Incarnationis Dominicæ Milleesimo Quingentesimo, sexagesimo, Quinto Idus Martii, Pontificatus nostri, anno secundo.

Fed. Card. Cæsius.
Cæs. Glorierius.
A. de Alexiis.

Archiepiscopatum Mechliniensem, Belgii Primitiam, erigit anno 1560. eidem Episcopatus Suffraganeos assignat Antverpiensem, Gandavensem, Buscoducensem, Brugensem, Ipreensem, & Ruremundensem; simul pro dote constituens Abbatiam Affligemensem, Ordinis Sancti Benedicti, & Præposituram Ecclesiæ Collegiatæ Sancti Rumoldi Mechliniæ.

PIUS EPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

LX injuncto nobis desuper Apostolicæ servitutis officio ad ea libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Cathedralium noviter erectarum, decori, & venustati, ac illis præfidentium, & aliarum personarum in eis divinis laudibus insistentium statui, & opportune subventioni, cum divini cultus augmento, & animarum Christi Fidelium salute, valeat salubriter provideri.

Ac desuper etiam ea, quæ à Prædecessoribus nostris consulte gesta fuerunt, & saniori Consilio imitando disponimus, prout locorum, & tempo-

V.
Ex Oper.
Diplom.
Miræ T.I.
p. 610.

rum qualitas exigit, & ipsarum Ecclesiarum utilitas persuadet, & id in Domino conspicimus salubriter expedire.

Cum itaque, sicut accepimus, alias postquam felix recordationis *Paulus Papa Quartus* Prædecessor noster providi, vigilisque Pastoris more considerans, quod ea pars inferioris Germaniæ, quæ carissimo in Christo Filio Nostro *Philippo*, Hispaniarum Regi Catholico, hæreditario jure etiam tunc subiecta erat, pro tanta oppidorum suorum celeberrimorum frequentia, locorumque multitudine, aded paucas Ecclesias Cathedralis habebat, ut earum Episcopi, eâ, quâ opus erat diligentia tantam animarum multitudinem minimè regere poterant.

Idque quibusdam eorum erat difficilium, quod ipsorum Diocæsani linguæ idiome, institutisque differabant, & quidam eorum etiam ejusmodi privilegia habebant, ut eos ad Sedem Episcopalem non liceret evocare, ita ut nec fidei doctrinâ, nec piè vivendi præceptis commodè instrui, nec si qui deliquissent facillè corrigi ab Episcopis suis possent.

Ad ipsos verò Episcopos visitandos, admoventes, & in officio continendos nulla in tota illa Regione Ecclesia erat Metropolitana, sed Archiepiscopi extra fines ipsius ditionis existentes propter multa, & varia impedimenta nulli Suffraganeis suis usui jam pridem erant, & propter assiduas infidias, & dolos, pestiferasque doctrinas Populorum hæreticorum, & Schismaticorum, quibus eadem Regio omni ferè ex parte cincta, atque obfessa erat, Catholica illic fides, & animarum salus in maximo discrimine versabatur.

His, & aliis gravibus causis impulsus, volens etiam precibus annuere, tamque pio desiderio satisfacere ipsius *Philippi* Regis, habita, sicut rei magnitudo postulabat, cum Fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione matura, de eorum Fratrum Consilio, & Apostolicæ potestatis plenitudine, Mechliniense olim Cameracensis Diocæsani, ac Antverpiense, Gandavense, Buscoducense, Brugense, Iprensense, & Ruremundense, & certa alia tunc expressa oppida dictæ Regionis à suis tunc Diocæsibus, & Provinciis diviserat, & exemerat, illaque in Civitates:

Et Sancti Rumoldi Mechliniensem, nec non Cameracensem, & Trajectensem, in Metropolitanas pro Archiepiscopis, & cæteras alias, Antverpiensem, Gandavensem, Buscoducensem, Brugensem, Iprensensem, & Ruremundensem, aliorumque Oppidorum prædictorum Ecclesias in Cathedralis Ecclesias pro Episcopis, qui inibi respectivè præficerent, cum Mensis Archiepiscopalis, & Episcopalis, aliisque Metropolitanarum, & Cathedralium Ecclesiarum insigniis erexerat, & instituerat.

Nec non Ecclesiæ, & Civitati Mechliniensi certum tunc expressum districtum per Nuntium suum, postmodum ab eo illuc mittendum, limitandum pro sua Diocesi; ipsique Mechliniensi Ecclesiæ Antverpiensem, Gandavensem, Buscoducensem, Brugensem, Iprensensem, & Ruremundensem Ecclesias, & qui pro tempore essent illarum Episcopos pro Suffraganeis, nec non Clerum, & Populos pro Provincialibus sui perpetuò concesserat, & assignaverat.

Prædictæ quoque Mensæ Mechliniensi annum redditum 5000. Ducatorum auri de Camera ex certis decimis, & Bonis, ac fructibus, redditibus, & proventus Ecclesiasticis per dictum Nuntium specificandis, & repartendis ex tunc, prout ex illa die, & è contra, postquam specificati, & repartiti forent, ac donec specificatio, & repartitio hujusmodi factæ, & effectum sortita essent, nec ultra.

Alium etiam annum redditum 3000. Ducatorum similium per dictum *Philippum* Regem de proventus, quos ex dicta Regione percipiebat, Ar-

chiepiscopo Mechliniensi, pro tempore existenti annis singulis, quousque specificatio, & repartitio prædictæ, ac pro ea tantum parte, quæ plenarium suum effectum minus sortita foret, integrè persolvendum pro illius dote, perpetuò applicaverat, & appropriaverat.

Eidem quoque *Philippo* Regi, ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini essent, Jus nominandi Romano Pontifici pro tempore existenti personam idoneam, ac alias certis tunc expressis modo, & forma qualificatam, ad dictam Ecclesiam Mechliniensem, etiam à primæva illius erectione hujusmodi, ac quotiescumque illam pro tempore vacare contingeret, per eundem Pontificem in Archiepiscopum ad nominationem hujusmodi promovendum, reservaverat per quasdam sublimbo, & deinde per alias suas in forma Brevis litteras.

Venerabili Fratri nostro, tunc suo, Salvatore Episcopo Clusino, & Apostolicæ Sedis Nuntio in partibus illis, dederat in mandatis, ut personam idoneam, quæ dictas Provincias, & Dioceses distinguere, & limitare, ac dorem dictarum Ecclesiarum à Monasteriis, & Præposituris sub illis consistentibus dismembrarent, cum potestate omnia in his necessaria facienda vice sua deputaret.

Dilectus Filius noster Antonius S. R. E. Presbyter Cardinalis, tunc Episcopus Atrebatensis, & quatuor alii scientia, & probitate insignes, quos ipse Salvator Episcopus, & Nuntius, dicto Prædecessore interea sublato de medio, vigore, seu prætextu mandati, & posteriorum litterarum hujusmodi substituerat, licet forsan eorum aliqui de illis Personis non essent, qui ad id canonicè subdelegari poterant, facta nihilominus diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè pensatis;

Animadvertentes, quod per dismembrationem Bonorum in Monasteriis, & Præposituris prædictis, si fierent, cultus Monasticus non mediocriter læderetur, ipsa Monasteria, & Præposituras Mensis prædictis pro dote suarum Ecclesiarum, ad hoc ut Episcopi etiam illorum curam, perinde atque suam propriam perpetuò gererent, potius esse unienda.

Ac designationes, & limitationes Provinciarum, & Diocæsium, divisionesque, ac distributiones Oppidorum, & Jurisdictionum in nonnullis partibus ipsarum Diocæsium commodiores illis, quæ per primodictas litteras statuuntur.

Nec non Constitutiones, & assignationes dotium, & deinde numerum personarum, ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum, & Officiorum, Statum quoque, & formam in prædictis Ecclesiis, etiam per hujusmodi dismembrationes, applicationes, suppressiones, translationes, novas institutiones, & alias in universum accommodatas rationes habendas censuerunt; Ac super majori illorum parte processus, & Scripturas, ferè digestis rebus omnibus, formandos curaverunt, prout in illis ac singulis litteris prædictis plenius continetur.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interesset, cumque nuper Monasterium Ss. Petri & Pauli Affligemiense, Ordinis S. Benedicti, olim Cameracensis, nunc verò dictæ Mechliniensi Diocæsani, cum primum illud percipsum, vel decessum moderni illius Abbatis, seu Commendatarii, aut alias quovis modo vacare contingerit, Mensæ Archiepiscopali Mechliniensi, ex tunc prout ex ea die, & è contra, de Fratrum nostrorum Consilio pro dotis nomine perpetuò univimus, anneximus, & incorporavimus.

Considerantes, quod si prædictis temporibus, dum dicti Populi sensim accrescebant, de novis Ecclesiis Cathedralibus, optimisque Præsulibus opportuno tempore prospectum fuisset, profecto tot perniciofa hæresum dogmata, quibus Religio Chri-

ftiana iftic paffim laceratur, atque affligitur, haud ita violenter invaluiſſent.

Nunc autem cum ad illa arcenda, & extirpanda, ac ſimul Populos ipſos in ſinceritate fidei continendos, dictus Prædeceſſor nulla alia magis opportuna remedia, quam ſupradicta potuerit adhibere, ut illa juxta cordis ſui, atque noſtri deſiderium promptos, & felices fortiantur effectus, noſtri miniſterii partes præmiſſis adjicere, illaque omnibus, quibus poſſumus rationibus juvare, & promovere volentes, ac litterarum, proceſſuum, & ſcripturarum prædictorum veriores tenores, nec non Menſæ Archiepiſcopalis Mechlinienſis, ac illi uniendorum infrascriptorum Canonice, & Præbendæ, fructuum, reddituum, & proventuum veros annuos valores præſentibus pro ſufficiente expreſſis habentes.

Continuis etiam orationibus dicti Philippi Regis pro ſalute dictorum Populorum enixe proſequentis excitati, motu proprio, & ex certa ſcientia, ac de Apoſtolice poteſtatis plenitudine, diſiſionibus, limitationibus, ac diſtributionibus dictorum ſubdelegatorum in prædictis proceſſibus ſpecificatis, tanquam in melius reformatis inherendo.

Ac conſeſſionem, & aſſignationem per priores litteras Prædeceſſoris hujusmodi factas quoad infrascripta immutando, omnia, & ſingula Oppida, Caſtra, Pagos, Villas, & Loca infrascripta videlicet Mechlinia, Bruxella, Lovanium, Vildordia, Arſorum, Dieſt, Thenæ, Aloſtum, Nivove, Gerardimonis &c.

In poſteriori designatione ſubdelegatorum hujusmodi comprehenſa, cum Eccleſiis etiam Parochialibus, Monaſteriis, Collegiis, etiam Canonicatibus, Cappellis, Hoſpitalibus, & Beneficiis, Locis, & Perſonis, ac Officiis Eccleſiaſticis, Sæcularibus, & Regularibus, ac populis quibuſcumque aliis ſub eis comprehenſis.

Præſate Eccleſiæ Mechlinienſi pro ſua Diœceſi juxta designationem, illi per præſatos ſubdelegatos factam, hujusmodi auctoritate Apoſtolica tenore præſentium perpetuo concedimus, & aſſignamus.

Ac decimas majores nuncupatas Parochialis Eccleſiæ de Willebringhe prope Thenas, aut Hoxem olim Leodienſis Diœceſis ad centum modios tritici vel citra aſcendentes, ſexdecim modis ſimilibus Reſtori dictæ Eccleſiæ pro honeſta illius ſuſtentatione quotannis remanentibus, ab eademque Parochiali, & à Perſonatu de Hal olim Cameracenſis, nunc Mechlinienſis Diœceſis prædicti, proventum annuum 100. Ducatorum auri de Camera, poſtquam ipſi Perſonatus, & Parochialis Eccleſia vacabunt, & non antea, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, etiam perpetuo diſſinembramus, & ſeparamus.

Nec non Præpoſituram Eccleſiæ Mechlinienſis prædictæ, quæ tempore illius erectionis in Metropolitanam Eccleſiam hujusmodi Dignitas inibi principalis exiſtebat, cujus fructus, redditus, & proventus 120. Ducatorum auri de Camera ſecundum communem æſtimationem valorem annuum, ut etiam accepimus, non excedunt.

Cum primum illam per ceſſum, vel deceſſum, etiam apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut quamvis aliam diſiſſionem, vel amiſſionem illam nunc obtinentis, aut aliàs quovis modo, & ex cujuſcumque perſona, etiam in aliquo ex Menſibus, in quibus vacantium Beneficiorum diſpoſitio Nobis, aut Romano Pontifici pro tempore exiſtenti, per Conſtitutiones Apoſtolicas, vel Cancellariæ Apoſtolicæ Regulas reſervata exiſtit, ſeu fuerit, ſeu ordinariis Collatoribus etiam per eadem Conſtitutiones vel litteras alternatarum, aut concordata Germaniæ, ſeu alia privilegia, & Indulta, illis quomodolibet conceſſa, & concedenda vacare contigerit.

Etiamſi actu nunc vacet, & tanto tempore vacaverit, quod ejus collatio juxta Lateranenſis Sta-

tuta Concilii ad Sedem Apoſtolicam prædictam legitime devoluta, ipſaque Præpoſitura diſpoſitioni Apoſtolicæ ſpeciali, vel generali reſervata exiſtat, & ad illam conſueverit quis per electionem aſſumi, eique cura etiam juridiſſionalis imminet animarum, ſuper ea quoque inter aliquos lis (cujus ſtatum præſentibus haberi volumus pro expreſſo) pendeat indeciſa.

Etiam ex nunc, prout ex tunc, & è contra, ſuppreſſis & extinſtis illius ac Præpoſiti nomine, & titulo, in Archidiaconatum pro uno Archidiacono, qui poſt ceſſum vel deceſſum eorum, qui nunc ſunt Archidiaconi in illa parte Diœceſis Mechlinienſis, talem habeat juridiſſionem, qualem Archidiaconus Bruxellenſis hæcenus habuit.

Nec non in ipſa Eccleſia Mechlinienſi, unum Archipreſbyteratum Civitatenſem nuncupandum pro uno Archipreſbytero Civitatenſi, qui curam Reſtorum Eccleſiarum Parochialium, verbi Dei, & Sacramentorum Civitatis Mechlinienſis:

Et unam Penitentiariam Diœceſanam nuncupandas Dignitates, inibi pro uno Penitentiario, qui curam Conſcientiarum Populi per Diœceſim univerſam Mechlinienſem ſpecialiter habeant, ſimiliter erigimus, & inſtituimus.

Et ut Archiepiſcopus Mechlinienſis pro tempore exiſtens ſpeciali quadam prærogativa decoratur, & Eccleſiam ſuam, quæ in Meditullio dictæ diſſionis conſiſtit, perſonis eruditis, & ad juridiſſionem inibi exercendam, cæteraque munia Eccleſiaſtica obeunda idoneis debite inſtructam, juxterque decoratam habeat.

Perpetuo ſtatuiſſimus, & ordinamus, quod Eccleſia ipſa Mechlinienſis ante Cameracenſem, & Trajectenſem Eccleſias prædictas prima ſit, & illius pro tempore Archiepiſcopus primum Locum in Conciliis Generalibus, vel Specialibus, Seſſionibus, aliisque actibus ſuper Cameracenſem, & Trajectenſem Archiepiſcopos habeat.

Quodque ex omnibus Canonicatibus, & Præbendis majoribus dictæ Eccleſiæ Mechlinienſis decem, quos primo per ceſſum, vel deceſſum, etiam apud Sedem Apoſtolicam prædictam, aut alias vacare contigerit, etiamſi actu non vacant, ut præfertur, ita aſſerti remaneant, quod ipſe Archiepiſcopus unum, & unam primo vacaturos tanquam Menſæ ſuæ Archiepiſcopali perpetuo unitos, & quos nos ſimiliter, ex nunc, prout ex tunc, & è contra, ipſi Menſæ perpetuo unimus, annectimus, & incorporamus, obtinere, illarumque ratione Perſona Capitalaris eſſe, vocemque, & auctoritatem etiam in Capitulo ſuper Decanum, & Canonicos habere:

Reliqui verò novem Canonicatus, & Præbendæ prædicti tribus Magiſtris, aut Licentiatis in Theologia, & tribus Doſtoribus Decretorum, ſeu in eis Licentiatis, & tribus aliis Nobilibus ejus Diœceſis, etiam in Jure, vel Theologia ſaltem gradu Licentiarum in ſamoſa quadam Univerſitate Studii Generalis, ſecundum tenorem primodictarum litterarum promotis, ordine in dicta designatione expreſſo ſervato, in perpetuum concedi, & aſſignari debeant.

Quodque ad ſex priores tam Nobiles, quam alii non Nobiles, ut præfertur, tamen qualificati, ad reliquos verò tres Canonicatus, & tres Præbendas ex reliquis novem, hujusmodi nulli niſi Nobiles, & Graduati, ut præfertur, aſſumi poſſint.

Ac omnes, & ſinguli ratione ſuarum hujusmodi Præbendarum, Conſilium, & operam in negotio Eccleſiæ, & Religionis, cæterisque difficultatibus pro tempore emergentibus, quoties ab Archiepiſcopo prædicto requiſiti fuerint, tam conjunctim quam diſiſim, præſtare teneantur.

Ac unus Archidiaconus ad Archidiaconatum, & alius Archipreſbyter ad Archipreſbyteratum, nec non reliquos ex dictis Graduatis Penitentiarios ad Penitentiariam hujusmodi ad nominationem dicti Archiepiſcopi aſſumi, & omnium primos poſt Ar-

chiepiscopum vacaturos Canonicatus & Præbendas prædictos, ordine præmissis consequi valeant.

Ut autem de Viris spectatæ doctrinæ & probitatis, ad ædificationem Ecclesiæ Dei accuratius prospiciatur, quod ipsi novem Canonicatus, & novem Præbendæ hac prima vice per prædictum Archiepiscopum duntaxat, & deinde quoties illi futuris temporibus, ut præfertur, vacaverint, ad electionem Archiepiscopi, & aliorum Graduatorum prædictorum superstitum per eos conferantur.

Et in hujusmodi electione Suffragium Archiepiscopi non plus juris, seu momenti, quam cujusvis cæterorum Canonorum Graduatorum habeat, nisi vocum paritate occurrente, tuncque iterum ad hoc Archiepiscopi Suffragium paritatem vocum hujusmodi dirimat.

Quodque posthac ipsi novem Canonicatus, & novem Præbendæ sub nullis specialibus vel generalibus, etiam mentalibus reservationibus, affectionibus, etiam in Corpore Juris clausis, nec non expectativis, coadjutoriis, mandatis, facultatibus, indultis de providendo, commendando, & aliis disponendo, primariis precibus, aut aliis gratis præventivis etiam per nos, aut Romanos Pontifices pro tempore existentes, & dictam Sedem Apostolicam, vel ejus Legatos, etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, aut aliorum Principum, ac ejusdem S. R. E. Cardinalium, & ex quacumque causâ quantumlibet urgenti pro tempore factis & concessis comprehendantur.

Nec etiam tanquam vacantes apud Sedem Apostolicam prædictam, aut ulla alia ratione, generaliter vel specialiter reservari, nec illorum vacatione, per resignationem etiam ex causâ permutationis, pro tempore occurrente, per Romanum Pontificem, aut Sedem eandem de illis provideri, vel aliâ quoquo modo disponi possit, sed forma electionis præmissæ omni tempore servari, nullâque causâ infringi debeat.

Quodque unus de novem Canonicis prædictis Magister, seu Licentiatus in Theologia, & alter Decretorum Doctor, seu etiam Licentiatus, Seniores ratione suarum Præbendarum facultatem habeant visitandi per universam Diocesim Mechliniensem prædictam ab Archiepiscopo; Cæteri vero Canonici Graduatii prædicti, quandocumque requisiti fuerint, illis assistere teneantur.

Ac ex reliquis Senioribus Canonicis prædictis, duo in Theologia, & unus in Jure Canonico Graduatii, ut præfertur, unâ cum Archidiacono Curam habeant examinandi promovendos ad Sacros Ordines, & admitteudos ad Curam Animarum, quacumque auctoritate illi provisi fuerint, neminem nisi idoneum, seque personalem residentiam facturum, mediante juramento promittentem, admittendo.

Et quoniam impia hæreticorum studia, temporisque malitia Viros doctos ab Ecclesiis suis diutius abesse non patiuntur, quod si Canonici Graduatii prædicti ab Ecclesia sua, nisi ab Archidiacono, vel Capitulo missi, per duos menses abfuerint, integros suæ Præbendæ fructus illius anni amittant, & Capitulo cedant.

Ac omnes Proventus singularum Præbendarum dictæ Ecclesiæ in duas æquales partes dividantur, quarum altera pro quotidianis distributionibus, his solis, qui Divinis Officiis in Choro deservient, & inibi à principio usque ad finem, exceptâ necessitatis causâ, permanerint, ministrari debeant, nec quisquam ulla dispensatione, vel alio Privilegio Apostolico, quacumque causâ impetrato vel concessio, sese à residentia hujusmodi eximere possit.

Cæteræ Ecclesiæ Civitatis sub Cura dicti Archiepiscopi Civitatis, extra verò eam, & in Diocesi Mechliniensi existentes, vel sub suis Decanatibus, seu Archiepiscopatibus, aliisque Jurisdictionibus, prout hætenus remaneant, vel meliori modo arbitrio dicti Archiepiscopi distribui,

ipsorumque Decanatum Decani, salva dicti Archiepiscopi moderatione, emolumenta hætenus percipi solita percipere possint.

Verùm quia fructus & proventus dictorum decem Canonicatum & Præbendarum tenuiores sunt, quam convenient pro sustentatione Virorum Doctorum & gravium, qui munera præmissa obire velint, Decimas ab Ecclesia Parochiali de Willebringa, & proventum annuum 1000. Ducatorum à personatu de Hali hujusmodi dismembratum, ut præfertur, eisdem decem Canonicatibus & Præbendis, primò vacaturis, per Archiepiscopum, & singulos novem Canonicos prædictos, æquis portionibus percipiendos, perpetuò applicamus, & appropiamus.

Nec non Collationem, præsentationem, provisionem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamvis aliam dispositionem omnium & singularum, Dignitatum, Personatum, Administrationum & Officiorum, aliorumque Beneficiorum Ecclesiasticorum, cum Cura & sine Cura, Sæcularium, & quorumvis Ordinum Regularium, qualitercumque qualificatorum ad collationem, provisionem, præsentationem, electionem, institutionem, confirmationem, & quamvis aliam dispositionem præfati olim Præpositi, quomodolibet pertinentium & spectantium, Archiepiscopo Mechliniensi, pro tempore existenti, ita quod ipse ex nunc de cætero de illis, prout Præpositus poterat, liberè & licitè disponere valeat, etiam perpetuò reservamus, concedimus & assignamus, suæque ordinariæ collationi & dispositioni adjungimus.

Districte inhibentes Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopis, Episcopis, & dilectis Filiis Abbatibus, cæterisque Locorum Ordinariis, nec non Convenibus, Superioribus & Personis, illique, vel illis, ad quem, seu quos Præposituræ, Personatus, & Parochialis Ecclesiæ, ac Canonicatum, Præbendarum, & aliorum Beneficiorum prædictorum collatio, provisio, & quævis alia dispositio communiter vel divisim pertinet, ac quibuscumque aliis cujuscumque dignitatis, status, ordinis & conditionis existentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis majoris, aliisque sententiis, censuris & penis, nec non privationis omnium Dignitatum, Beneficiorum & Officiorum Ecclesiasticorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne de illis, si vacent, aut cum vacaverint, ut præfertur, cuiquam providere, aut aliâ disponere, seu præmissorum effectus, aut executionem in aliquo quantumcumque modico impedire, aut molestiam, vel injuriam quampiam irrogare, quoquo modo præsumant.

Ac decernentes ex nunc plenum jus in præmissis omninò acquisitum esse, & super his Beneficio Regularium, de non tollendo jure quæsito, ac de annali & biennali possessore, nec non privilegiis omnibus quibus diuturni possessores, nec non pacifici quomodolibet utuntur, potiuntur & gaudent, plenariè, uti, potiri & gaudere debere.

Ac Præposituram ad hoc, ut de cætero de illa quoquo modo vacante, disponi valeat, & eandem, & affectos decem Canonicatus, & decem Præbendas prædictos, per quoscumque etiam prætextu mandatorum de providendo, nominationum, etiam juxta concordata prædicta, expectativarum, & quarumcumque aliarum gratiarum quoquo modo acceptari non posse, & nihilominus quascumque acceptationes, collationes, provisiones, commendas, uniones, incorporationes, & alias dispositiones de eisdem, aut eorum aliquo, etiam per nos, & Sedem prædictam quomodolibet factas & faciendas, nullius prorsus roboris, vel momenti fore, nullumque per eas cuiquam jus acquiri, seu etiam coloratum titulum possidendi tribui posse.

Ac suppressionem, extinctionem, dismembrationem, separationem, erectionem, institutionem, statutorum ordinationem, unionem, annexionem & incorporationem, applicationem, appropriationem, reservationem, concessionem, assignationem, & cetera quae praemissa, ac praesentes litteras ex nunc omnimodum effectum sortita esse, & ceteri, nec sub quibusvis revocationibus, alterationibus, suspensionibus, & limitationibus unionum & suppressionum, etiam effectum non sortitarum, quae post haec per nos, vel Successores nostros, tam in pristinum statum restituta, & de novo concessa, sicque incommutabilis voluntatis & intentionis nostrae fuisse, esse & fore, ac praesentes litteras huiusmodi, nullo unquam tempore de subreptionis & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut quopiam alio defectu notari, aut in jus, vel controverfiam, quacumque ratione, vel causa vocari posse.

Sed illis non obstantibus, in suis vigore, robore & efficacia persistere, & quoties illa emanabunt, toties in pristinum statum restituta, & de novo concessa, sicque incommutabilis voluntatis & intentionis nostrae fuisse, esse & fore, ac praesentes litteras huiusmodi, nullo unquam tempore de subreptionis & obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, aut quopiam alio defectu notari, aut in jus, vel controverfiam, quacumque ratione, vel causa vocari posse.

Sicque per quoscumque Iudices ordinarios & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, & Cardinales, in quavis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & definiti debere, irritum quoque & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter contigerit, attentari.

Quocirca Venerabilibus Fratribus nostris Archiepiscopo Cameracensi, & Episcopo Amerinensi, ac dilecto Filio Praeposito Arienfi, Audomarenfi, & alterius Diocesis per Apostolica Scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo, aut unus eorum per se, vel alium, seu alios praesentes litteras, & in eis contenta quaecumque, ubi & quando opus fuerit, & quoties pro parte moderni, & pro tempore existentis Archiepiscopi Mechliniensis, & aliorum quorum interest, vel quomodolibet intererit in futurum, fuerint requisiti, seu aliquis eorum fuerit requisitus, solemniter publicantes, eisque, vel eorum cuilibet in praemissis efficacis defensionis praesidio assistentes, faciant auctoritate nostra Archiepiscopum Mechliniensem, & alios praefatos, dismembratione, separatione, statuto, ordinatione, erectione, institutione, unione, aneptione, incorporatione, applicatione, appropriatione, revocatione, concessionibus & assignationibus, & litteris, & aliis in eis contentis praedictis specificè gaudere, ac alias litteras, & in eis contenta huiusmodi firmiter observari.

Non permittentes illos per quoscumque quomodolibet indebitè molestari, contraditores quoslibet, & rebelles per censuras & poenas Ecclesiasticas, appellatione postposita, compescendo, nec non legitimis super his habendis servatis processibus, censuras & poenas ipsas, etiam iteratis vicibus aggravando, invocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii saecularis.

Non obstantibus voluntate priori, ac etiam nostra de valore, tam in impetrationibus, quam aliis gratis, etiam motu simili factis exprimendo, nec non Lateranensis Concilii novissime celebrati uniones perpetuas, nisi in casibus a iure permisis, fieri prohibentis.

Ac P. M. Pontificis Papae Octavi, etiam Praedecessoris nostri de una, & Concilii Generalis de duabus, non tamen tribus diebus, aliisque constitutionibus, ordinationibus, & in Corpore Juris clausis, nec aliis reservatoriis, nec non dictae Cancellariae regulis, etiam revocatoris, & revocatoriarum revocatoris, ac in favorem Ordinariorum, ac alias in contrarium quomodolibet editis & edendis.

Nec non Ecclesiarum Mechliniensium juramento, Confirmatione Apostolica, seu quavis firmitate

alia roboratis statutis & consuetudinibus, nec non quibusvis specialibus & generalibus reservationibus, expectativis, & aliis gratis, absque consensu Coadjutorum, deputacionibus, nominationibus, citra regressus, & accessus facultatibus, mandatis, litteris & concessionibus, quibuscumque personis, cujuscumque dignitatis, status, ordinis, gradus & conditionis existentibus, etiam Cardinalatus honore fulgentibus.

Ac nostris etiam antiquis & descriptis familiaribus, continuis commensalibus, ac Praelatis domesticis, nec non Romanae Curiae Officialibus, etiam officia sua actu exercentibus, ex quavis etiam grandi causa, consideratione, intuitu, vel respectu, etiam Imperatoris, Regum, Ducum, & aliorum Principum, ac cum quibusvis antelationibus, praerogativis & decretis, etiam irritantibus, & clausulis etiam derogatoriis, etiam praesentibus derogantibus, etiam motu & scientia similibus & alias quomodocumque concessis.

Quas, & quae illorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum infererentur, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, eorumque omnium vim & effectum, quoad praemissa omnino suspendimus, & in praemissis effectum sortiri, aut locum sibi vindicare non posse, neque debere decernimus.

Nec non privilegiis, indultis, exemptionibus, conservatoriis, & Litteris Apostolicis Ordinariis, aliisque Collatoribus & personis, per quoscumque Romanos Pontifices, Praedecessores nostros, & nos, ac Sedem praefatam, & per vim generalis legis, & statuti perpetui, nec non intus, seu stipulati contractus, seu quasi & alias, sub quibuscumque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriis derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, irritantibusque, & aliis decretis, etiam consideratione, intuitu, contemplatione, vel ad instantiam praemissorum, & quorumcumque aliorum, seu motu, scientia & potestatis plenitudine similibus, nec non consistorialiter, aut alias qualitercumque, quomodocumque, & quotiescumque concessis, confirmatis, & etiam iteratis vicibus innovatis & concedendis.

Quibus omnibus, etsi pro illorum sufficienti derogatione de illis eorumque totis tenoribus specialibus, specifica, individua & expressa, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hac servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, & formam in illis traditam & observatam inferri forent, praesentibus pro sufficienter expressis habentes, quamvis talia & multa sint, quae sub clausula implicitae derogationis latissime extendenda in supplicatione apposita non intelligantur, aut alias comprehendantur.

Nihilominus in genere & in specie ad effectum sufficientis derogationis eorum, illis alias in suo robore permanentibus, hac vice duntaxat specialiter & expressè derogamus, contrariis quibuscumque, aut si aliqua Apostolica praefata, vel alia quavis auctoritate in dicta Ecclesia Mechliniensi in Canonicos sint recepti, vel ut recipiantur insisterent, seu si super provisionibus sibi faciendis in Canonicatibus & Praebendis, ac Dignitatibus Ecclesiae Mechliniensis, huiusmodi speciales, vel alius Beneficis Ecclesiasticis, in illis partibus generales dictae Sedis, vel Legatorum ejus litteras impetraverint, etiam per eas ad inhibitionem, reservationem & decretum, vel alias quomodolibet sit processum.

Quas quidem Litteras & processus habitos per easdem, & inde sequuta quaecumque ad Archidiaconatum & Praeposituram, & decem Canonicatus & Praebendas, & alia Beneficia huiusmodi volumus non extendi, sed nullum per hoc eis quoad assequutionem Canonicatum & Praebendarum, ac Dignitatum, vel Beneficiorum aliorum

præjudicium generari, & quibuslibet aliis privilegiis, indulgentiis generalibus, quorumcumque tenorum existant, per quæ præsentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earum impediri valeat, quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque toris tenoribus habenda sit in nostris litteris mentio specialis.

Nulli ergo omnino hominum liceat, hanc paginam nostræ dismembrationis, annexionis, incorporationis, applicationis, appropriationis, reservationis, concessionum, assignationum, adjunctionis, inhibitionis, decreti, mandati, suspensionis, derogationis & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno incarnationis Dominicæ M D LX. quinto Idus Martii, Pontificatus nostri anno secundo.

Sic subscriptum,

Fed. Cardinalis Cæsius.

Et signatum.

A. de Alexiis.

VI.
Ex Op.
Dipl. Mi-
raei Tom.
I. p. 476.

Dotem, Oppida, Municipia, Pagos, Vicos, & alios Limites Diœcesis, seu Episcopatus Antverpiensis nuper instituti, describit: anno 1560.

PIUSEPISCOPUS.

Servus Servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

EX injuncto nobis Apostolicæ Servitutis Officio ad ea libenter intendimus, per quæ Ecclesiarum quarumlibet, præsertim Cathedralium noviter erectarum, decori, ac venustati, ac illis præsentium, & aliarum personarum statui, & opportunitate subventioni, cum Divini Cultus augmento, & animarum Christianissimum salute, valeat salubriter provideri.

Ac desuper etiam ea, quæ à Prædecessoribus nostris consultè gesta fuerint, & saniori consilio immutando disponimus, prout locorum & temporis qualitas exigit, & ipsarum Ecclesiarum utilitas persuadet, & id in Domino conspicimus salubriter expedire.

Cum itaque, sicut accepimus aliàs postquam felicis recordationis Paulus Papa Quartus, Prædecessor noster, providè considerans eam partem inferioris Germaniæ, quæ charissimo in Christo Filio nostro Philippo, Hispaniarum Regi Catholico, hæreditario jure subiecta erat, paucos habere Episcopos, nullumque Metropolitanum, qui eam regerent, uti illius amplitudo, & frequentissimorum oppidorum celebritas, ac longè, lateque distitorum castrorum & pagorum suorum copia, animarumque multitudo, varium idem idioma, & vitæ institutum, ac denique temporis deplorata ob hæreticos conditio expostulabant: iisdem & aliis gravibus causis eum impellentibus, volens periclitanti in partibus illis Fidei Catholice succurrere, pioque desiderio dicti Philippi Regis satisfacere, habita, sicuti rei magnitudo postulabat, cum Fratribus suis, de quorum numero tunc eramus, deliberatione matura, de eorum consilio, & Apostolicæ Potestatis plenitudine.

Cameracensem, Ultrajectensem, Atrebatensem, & Tornacensem Ecclesias, Civitates & Diœceses à Remensi & Colonensi Provinciis, & Mechliniense, & Antverpiense, ac diversâ alia tunc expressa oppida insignia dictæ Regionis à sua quoque Diœcesi & Provincia perpetuò segregaverat, ac diviserat; nec non Mechliniense, Antverpiense, & reliqua Oppida prædicta, sic divisa in Civitates, Cameracensem verò, & Ultrajectensem tunc Episcopales Sedes, ac olim Collegiatam Ecclesiam S.

Rumoldi Mechliniensem in Metropolitanam, & Beatæ Mariæ Antverpiensem, cæterasque aliorum Oppidorum in Civitates erectorum prædictorum Ecclesias, in Cathedrales Ecclesias, pro totidem Archiepiscopis, & Episcopis, qui suæ quisque Ecclesiæ præessent; nec non Mechliniensi, & Antverpiensi Ecclesiis, Civitatibusque prædictis, certos tunc expressos districtus, per Nuntium suum, postmodum ab eo illuc mittendum, limitandos, pro sua cujusque Diœcesi perpetuò concesserat; nec non Ecclesiæ Mechliniensi prædictæ Ecclesiam, Civitatem, & Diœcesim Antverpiensem hujusmodi inter alias pro sua Provincia adjunxerat.

Præfato quoque Philippo Regi, ejusque Successoribus, qui pro tempore ejusdem Regionis in temporalibus Domini essent, Jus nominandi Romano Pontifici pro tempore existenti personas idoneas, ac alias certis tunc expressis, modo & forma qualificatas ad Antverpiensem, & alias Ecclesias erectas prædictas, tam à primava erectione ejusmodi, quam ex tunc deinceps, quotiescunque illas vacare contingeret, Per eundem Pontificem in Archiepiscopos & Episcopos, ad nominationem hujusmodi ordinandos, in perpetuum reservaverat, per quasdam sub plumbo, & deinde per alias suas in forma Brevis Litteras Venerabili Fratri nostro, tunc suo, Salvatori Episcopo Cluvenensi suo, & Apostolicæ Sedis Nuntio, in partibus illis dederat in mandatis, ut personas idoneas, quæ dictas Provincias & Diœceses distinguere & limitarent, ac dotem dictarum Ecclesiarum à Monasteriis & Præposituris, sub illis consistentibus, dismembrarent, cum potestate omnia in his necessaria faciendi, vice sua deputarat, dilectus Filius noster Antonius, Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, tunc Episcopus Atrebatensis, & quatuor alii, scientia & probitate insignes, quos ipse Salvator Episcopus & Nuntius, dicto Prædecessore interea de medio sublato, vigore seu prætextu mandati, & posteriorum litterarum hujusmodi substituerat, licet forsitan eorum aliqui de illis personis non essent, quæ ad id canonicè subdelegari poterant, factâ nihilominus diligenti rerum indagine, ac omnibus maturè pensatis, animadvertentes, quod per dismembrationes Bonorum in Monasteriis & Præposituris præfatis, si fierent, cultus monasticus non mediocriter læderetur, ipsa Monasteria & Præposituras, Mensis prædictis pro dote Ecclesiarum iuarum, ad hoc ut Episcopi, etiam illorum Curam perinde atque suam propriam perpetuò gererent, potius esse unienda, ac designationes & limitationes Provinciarum & Diœcesium, divisionesque, & distributiones oppidorum & jurisdictionum, in nonnullis partibus ipsarum Diœcesium, commodiores illis, quæ per primò dictas litteras statuuntur; nec non constitutiones & assignationes dotium, & denique numerum personarum ac Dignitatum, Præbendarum, Beneficiorum & Officiorum, statum quoque & formam in præfatis Ecclesiis, etiam per dismembrationes, applicationes, suppressiones, translationes, novas institutiones, & alias in universum accommodatas rationes habendas censuerint, ac super majori illorum parte processus, & scripturas, seriò digestis rebus omnibus, formandos curaverint, prout in illis ac singulis litteris prædictis plenius continetur.

Nos qui dudum inter alia voluimus, quod semper in unionibus commissio fieret ad partes, vocatis quorum interest, quippe nuper Monasterium S. Bernardi, Cisterciensis Ordinis, Antverpiensis Diœcesis, certo tunc expresso modo vacans, Mensis Episcopali Antverpiensi pro dotis nomine perpetuò univimus, anneximus, & incorporavimus, attendentes, quod si prius temporibus, dum dicti populi sensim accrescebant, de novis Ecclesiis Cathedralibus, optimisque Præsulibus opportuno tempore prospectum fuisset, profectò tor perniciosa hæresum dogmata, quibus Religio Christiana

passim